UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Immunitate nemini co[n]ced.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

qui perſonaliter habēt ſeruire vni offō nō cogunt̄ ire ad exerci
2 tum, nec facere cuſtodiam. Scđo † no. ex ver. inſuper, quod ſupe-
rior ex offō pōt defendere ſubditum ſuum, qñ videt eum graua-
a ri, ꝙ facit pro epiſcopis qui eorū offō defendunt ſuos clericos.[a]

ADDITIO.

3 ANG. ¶ In tex. ibi, neceſſitatibus. † Not. arg. expreſſum quod notarij, qui ſeruiunt de perſona, non tenentur ſuſcipere, nec ſuſtinere onera communis, ſicut alij, ſed cōtra de exac. trib. l. actores.
4 † Item no. quod comitatus officialiū nefarij ſunt inhibendi. ſ. de iure fiſci. l. defenſionis. nam ipſi plura mala committunt quā alij,
5 vt in authent. de exhibi. re. §. j. † Not. quod officialis cui aliquod offm̄ eſt commiſſum, non pōt prohiberi exercere dictum officium.
6 Item not. quod quando prius quis eſt nominatus ad officium, nō poteſt alius ad dictum officium nominari. ſimile in electione
7 canonicorum, extra de elec. c. conſiderauimus. † Item not. in fin. l. quod eodē modo punitur de negligentia iudex ꝛ officialis, vt ſ. eo. l. ij. ꝛ j. de naufr. l. de ſubmerſis, ꝛ j. de fabric. l. fi.

§. Illud. Electio ꝛ defenſio ſuſceptoris ſpectant ad proconſulē, ꝛ prefectum, non tm̄ ad preſidem. h. d.
1 † No. prout habetis literā tm̄, ꝙ rectores prouinciarum poſſunt
2 facere theſaurarios in prouincia. † No. ꝙ qñ eſt legatus in ꝓuincia, qui cōparatur ꝓconſuli, vt in c. ij. extra de offic. leg. lib. vj. pōt
3 facere theſaurarios in ꝓuincia. Et † no. ꝙ hic loquitur de theſaurarijs particularibus, theſaurarium vero vniuerſalē eligit procurator fiſci, ꝛ poſtea cōfirmatur cōſenſu curie, vt ſ. de iure fiſ. l. ſuper creandis, ꝛ ibi no. l. exactores, de ſuſcep. ſequit̄ ver. prouidētibus. Ad euidentiā ſcias ꝙ pecunia, que exigit̄, qñq; infert̄ vni camere, qñq; alteri, vt ſ. de exact. trib. l. in fiſcalibus, dicit ergo hic quod tributa impoſita nō poſſunt minui, nec pōt ſtatui quod pecunia que debet venire ad vnam cameram, vadat ad aliam.
4 † Et not. quod poteſtas non pōt iubere quod pecunia ſoluatur alteri quam camerario cōmunis, ꝛ ſi facit, punietur, vt in fine huius legis, quod intellige verum, niſi in pecunia modica, quā pōt conuertere ad ſuum placitum in neceſſitates publicas. argu. l. dinus. ff. de bo. dā. verſi. quadrimenſtruis, ꝛ ver. ſequen. ſunt clari.

ADDITIO.

5 ALEX. ¶ In text. ibi, minuende. † Not. legem q̄ videtur ꝙ ſi vnus officialis eligitur ſpāliter ad vnū offm̄, quod per illā ſpālē electionē ſit ſublata oīs ptās, de eo quod ibi ſpāliter cōmiſſum eſt alijs Rectoribus generalem adminiſtrationem habentibus, ꝛ per hoc videtur, cum nuper in ciuitate Peruſij electi ſint quidā barrigelli quibus ſpāliter data eſt ptās cōtra oēs bannitos Peruſij, ꝙ per hanc ſpālem conceſſionem iuriſdictionis videtur adempta oīs ptās Capitanei, ꝛ ptātis ciuitatis Peruſij perſequendo dictos exbannitos, de quo vide per doc. in l. ſtudentibus. ſ. de offi. prefec. vrb. vbi videtur caſus de hoc licet etiam in contrarium poſſet adduci, vt ibi latiſſime poſui ſuper text. ideo ibi oīno vide de hac qō. ꝛ vide gl. xxv. qō. ij. c. in Galliarum. Et in ſimili vide Bar. in l. iiij. §. ſi ita vicinum, de dam. infec. Ang. Adde quod iudex poteſt mulctas per eum impoſitas applicare ad refectionem palatij, vt eſt text. not. in l. mulctarum. ſ. de modo mulct. An autem poſſit ſibijpſi iudex condemnando penam applicare, Ange. quod non, in §. fin. vt nulli iudicum, in prin. per illum text. quod tamen intellige vt ibi per eum.

LEX IIII.

a **PRecipimus.** Si litere iudicis aliquid vltra veterem conſuetudinē[a] contineant, preſumuntur erronee, nec eis eſt credendum. h. d. Ad euidentiā huius legis premitte caſum, ſ. de iu. l. fi. hoc ideo, quia iudices ſcribentes ſua authoritate non poſſunt augere, nec minuere iſta tributa, vt ſ. l. proxi. verſi. prouidentibus, ꝛ l. j. ſ. de ſuperindi. de anno. ꝛ trib. l. ij. Sed ſi litere continerent id, quod per iudicem poteſt fieri, vel facerent mētionem de literis ſuperioris iudicis, per quem poſſunt fieri, eis crederetur, vt ſ. de ſuperindi. l. j.

ADDITIO.

a ¶ Vltra veterem conſuetudinem. ꝛ ratio eſt, quia in talibus ſtylus curie eſt attendendus de quo per Panor. in proe. Gregorij, in addi. prim. a, vbi no. poſt alios, ꝛ ampliaui poſt coapoſtillatorum meorum reſtrictiones, non tantum non eſſe attendēdum ſtylum, ſed ꝛ obſeruandum, vt plene per Hypp. de Marſil. ſingu. ſuo cxviij. incipien. ſtylus curie.

Ne operea collatoribus exigantur. Rubr. XXIIII.

LEX VNICA.

a 1 **OPerarum.**[a] Proſequere hanc legem, vt in gl. † No. arg. pro illis qui habitant in cluſo Peruſino proprie dicūtur collatores, cum debent tertiā oīm fructuum, quod ad alias opas compelli non debent, ſicut alij ruſtici compelluntur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Not. per iſtam legem fuiſſe vltra montes determinatum, quod nemo poterat cogi eſſe manigoldus, tamen contrarium vult gl. in l. non videtur. ff. de regu. iu. Adde Bar. in l. fin. §. fina. de pignor. actio. vbi dixit, quod imo poteſt quis capi, vt manigoldus efficiatur, dum modo ſit vilis ꝛ abiecta perſona, alleg. §. quod ſi monachus, in aut. de ſanctiſſ. epiſc. Adde etiam Bart. in l. iubemus, nullam nauem. ſ. de ſacroſanc. eccle. vbi dicit, quod aſinus ruſtici poteſt capi, vt ſuper eo ducatur malefactor ad patibulum, quia res ſingularium ꝛ eccleſie poſſunt capi propter publicam vtilitatem.

De immunitate nemini concedenda. Rubr. XXV.

LEX I.

2 Officiales, ꝛ conſiliarij ciuitatis quas collectas ſoluere teneantur.

HIs noſtre. Qui falſum inſtrumentum immunitatis conſcripſerit, igne eſt comburendus, ꝛ omnes ad ſolutionem canonis
1 ſunt vrgendi. h. d. † Not. caſum, in quo notarius falſum ſcribens igne punitur.[a] alia pena falſi eſt minor, vt ff. de fal.
a 2 l. j. in fi. Circa † legem iſtam quero vtrum officiales vel conſiliarij ciuitatis teneātur ſoluere collectas, ꝛ tributa. Gl. in l. honorem, de muner. ꝛ honoribus, dicit quod ſic ad ordinaria, nō ad extraordinaria, idem videtur tenere Guliel. in l. neminem. ſ. de ſacroſ. eccleſ. Tu diſtingue latius, quod quedam ſunt munera patrimonialia, ſeu realia, ꝛ ad iſta tenentur, vt l. fi. §. patrimoniorū, ꝛ §. pen. ff. de muneribus, ꝛ honoribus, ꝛ ſ. de exact. tri. l. fi. ꝛ de apo. pu. l. j. Quedam ſunt munera perſonalia, ꝛ horum ſunt quedam in quibus conſiſtit labor perſone. Et tunc ſi quidem per illud onus auocaretur ab officio, tunc excuſaret̄, vt l. precipit, in prin. ſ. tit. ij. Si vero per illud onus non amouetur ab iſto officio, non excuſatur, vt j. de decu. l. curiales, que lex probat iſtam diſtinctionem, ex magna tamen cauſa poſſent ab officio amoueri, vt ibi patet. Si vero munus conſiſtit in preſtatione pecunie tantum, ꝛ tunc aut munus ordinarium eſt, ꝛ ab iſto nō excuſantur, vt ſ. de exac. trib. l. exactores, ita loquitur hec lex, que dicit neminem excuſari. Aut eſt munus extraordinarium, ꝛ excuſatur, vt dicta l. honorē, ꝛ l. in honoribus. §. fi. ff. de vacatio. ꝛ excu. mune. ꝛ l. hi qui. ꝛ in l.
b in honoribus. §. qui muneris, eod. titu.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Igne punitur. Tu vide ad hoc Lud. Rom. ſingula. ſuo ccliij. incip. pone quod notarius, vbi alleg. ad hoc quod dicit iſte caſum huius l. pro ſingu.

b ALEX. ¶ Dicit tex. ꝛ ibi Cyn. in l. j. ſ. de immuni. quod notarius ſcribens inſtrumentum a iure prohibitum capite punitur, alibi notarius conficiens inſtrumentum ſimulatum punitur pena manus, capitu. imperialem. §. ſcribam, de prohib. feud. alie. per Federic. alibi notarius conficiens inſtrumentum vſurarium, eſt periurus, ꝛ poteſt pronunciari infamis, ꝛ priuari officio tabellionatus, ſecundum Hoſtien. in Summa de vſuris, §. fin. verſic. quid de notarijs, ꝛ refert Archidiac. vigeſima prima diſt. ſicut. ꝛ ibi de hoc facit magnum feſtum ꝛ refert ꝛ ſequitur Rom. in ſingularibus ſuis, in litera, r, num. xj. alibi conficiens inſtrumentum punitur pena exilij ſine ſpe reuerſionis, tex. eſt, ꝛ ibi Ang. in authē. de non alie. §. hoc quoq;, ꝛ bonus text. in §. hec igitur omnia, cod. titu. vbi dicitur, quod eadem pena punitur dictans inſtrumentum illicitum. Sed quid in notario conficiente inſtrumentū falſum, quod vero omnino nullum erat, an ſit puniendus, ꝛ qua pena, vide Bar. in l. ſi quis legatum. in prin. ff. de fal. ꝛ Bald. ꝛ Sal. in l. j. ſ. de ſepul. vio. ꝛ per Ioan. Andr. in regula, non eſt ſine culpa, ꝛ Ang. in authent. vt nulli iu. in §. quoniam vero. non autem punitur notarius, niſi in caſibus a iure expreſſis. ſecundū Bald. in l. fina. in prin. ſi cer. pet. alleg. glo. in authent. de non alie. §. quia vero Leonis.

LEX II.

3 ☞ Aggeres quorum impenſis fieri debeant.

PErbithyniam. Munitio viarum, et aggerum debet fieri expenſis, pro quantitate patrimonij poſſeſſorum. hoc
1 dicit. † Ad euidentiam debetis ſcire quod aggeres dicuntur quedam munitiones, que fiunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excreſcens fluat per limites, ꝛ ſic in rubrica de Ri. ag-
2 geri. non rump. Et not. † hunc caſum, quia aſſiduus eſt, nam pluries fuit hic de facto hoc anno tempore guerre, quia mandatum erat tali ville, vt faceret foueas, muros, ꝛ ſteccaros tali caſtro,

nam pro modo patrimonij, non per capita, fieri debet. In tex. ibi,
ceteris, ſcilicet, in reparatione fontium, ꝛ pontium, foſſarum, mu-
rorum, ꝛ ſimilium. Op. quod quilibet debet munire viam ante do
mum ſuam, non autem debet fieri de publico, vt l. ediles. ff. de via
publ. que eſt Greca, ꝛ quidam non habent eam, ꝛ ideo diſtingue,
3 †quedam eſt via publica, quedam priuata. Primo caſu, ſi quidem
via eſt intra muros ciuitatis, quilibet debet eam munire iuxta
a domum ſuam,[a] vt in contrario. Si vero eſt extra ciuitatem tunc
debet fieri munitio ꝛ refectio expenſis communis imponendo col
lectam pro quantitate patrimonij, vt hic, ꝛ ſ. de ſacroſanc. eccle. l.
ad inſtructionem, ꝛ in auth. de eccleſ. titu. §. ad hec ſancimus. col-
la. ix. Quedam ſunt vie priuate, ꝛ hec poteſt duobus mod. intel-
ligi, vno modo in via, prout eſt ius eundi, ꝛ dicitur ſeruitus, ꝛ tūc
refectio incumbit illi qui habet viam, ille enim qui debet viam,
ſolum debet pati, vt l. refectionis. ff. communia predio. cum ſimil.
Secūdo modo accipitur via priuata, hoc eſt, facta ex collationib.
priuatorum, ꝛ tunc idem, quia ad illos priuatos pertinet refe-
ctio. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. viarum, ꝛ de hoc docto. dicūt
b in l. neminē. de ſacroſanct. eccleſ.[b] Quero, dicitur hic ceteris hu-
iuſmodi, ꝛ c. de quibus loquitur. Reſpondeo, de vijs, ꝛ pontibus,
vt d. l. ad inſtructionem, ꝛ d. §. ad hec ſancimus. Item de muris, vt
ſupra, de ope. pub. l. omnes.

ADDITIONES.

a ¶ Suam. Adde Lud. Pon. in fi. ver. viam. verſic. no. quod viam.
Adde iſtum ꝛ doctor. in l. ediles. §. ſtudeant. in l. fi. §. fin. de via ꝛ
itin. publ. Et an teneatur conductor ꝛ inquilinus ceſſante domi-
no domus, not. iſte in alleg. §. ſtudeant, in iij. not. ꝛ ibi ponit quid
in eo qui gratis habitat de quo etiam per Flo. in l. ſi pendentes.
§. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct.
b ALEX. ¶ Quilibet tenetur purgare viam iuxta domū ſuam.
Sed an iſtud habeat locum in conductore domus? Barto. in d. l.
ediles. not. dicit ſic, Aut gratis habitat, ꝛ tenetur etiam expenſis
proprijs purgare viam, ꝛ hoc eſt verum. Aut non habitat gra-
tis, ſed penſionem ſoluit, ꝛ expenſis penſionis tenetur mundare.
Sed pone quod precepi conductori vt ſaliget viam lapidibus, an
tunc fiet expenſis penſionis? Et Barto. ibi quod ſic, dato etiam
quod gratis habitet, quia illud quod ſtatuitur in munitione tē-
porali, nō habet locum in munitione perpetua, quod etiam ſequi-
tur Ioan. de Platea, in §. conductor. Inſtit. locati. Videas etiam
Bar. in l. ad inſtructionem. ſ. de ſacroſan. eccl. quod onus ſpectat
etiam ad eccleſiam.

De conditis in publicis horreis. Rub. XXVI.

LEX I.

1 ☞ Frumentum nouum non debet vendi, niſi prius vendatur
vetus.
2 Fructus corrupti licite miſcentur cum incorruptis.
3 Aromatarij miſcentes ceram corruptam cum incorrupta, non di
cuntur ceram falſare.
4 Nobilis dicitur qui eſt prudens, ꝛ virtuoſus.

a **Omnia.** [a] Non debet tangi de fructibus nouis,
donec conſummantur antiqui. Item li
citum eſt commiſceri fructus corruptos cum incorru
ptis, ꝛ ad predicta per ſuperiorem officialis ſufficiēs
deputetur. h. d. Tres habet partes, vt colligitur ex ſummario.
1 Secunda pars ibi, ꝛ ſi forte. Tertia ibi, ad iſtud. † No. quod non
debet nouum frumentum vendi, niſi prius vendatur vetus, ꝛ ſic
ſi tutor alicuius contra faceret, tenetur. debet enim fructus ſe-
cundum qualitatem temporum vendere, quedam primo tempo-
re, quedam ſecundo tempore ſeruari, vt l. is cui. §. queri poteſt.
2 verſi. qui legatorum. ff. vt in poſ. lega. † Secundo not. quod licet
miſceri corruptum cum incorrupto, quod tene menti, quia forte
dicerent laici quod eſſet peccatum, quod non eſt verum, vt hic.

ADDITIO.

a ¶ Omnia. † No. iſtum tex. pro aromatarijs, maxime qui miſcent
3 ceram corruptam cum incorrupta, ad hoc vt velamento nō cor-
rupte corrupta vendatur, vt non dicantur ceram falſare, cū non
4 peccauerint. caſus hic. † Item not. text. quod ille dicatur nobilis,
qui eſt prudens, ꝛ virtuoſus. Sed aliter determinaui in l. j. de dig.
lib. xij.

LEX II.

Cum ad quamlibet. Rectores debēt
per ſeipſos inſpi-
cere domos, ꝛ horrea publica, ne ex pluuia corrumpan-
1 tur publica frumenta. h. d. † No. quod tutor vnius magni patri-
monij, vel aliquis poſitus in magna adminiſtratione excuſatur ſi
negotio preponat aliquem ſufficientem factorem, vt ſ. l. proxim.
in fin. ꝛ l. argentum. ff. commo. tamen inſpicere debet per ſeipſum
an ſint fracta tecta, ita quod ibi non pluat, alias non eſt diligens
adminiſtrator, vt hic.

LEX III.

Nulli. Species in horreis publicis depoſitas nullus
debet in ſuam vtilitatem conuertere, aliter de-
portabitur. Not. contra furantes lardum, vel granum cōmunis,
vt deportentur, ꝛ eorum bona publicentur.

Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe ex-
cuſare. Rubr. XXVII.

LEX VNICA.

1 ☞ Collectam pro emendo granum tempore cariſtie, tenentur ſol-
uere diuites, ꝛ pauperes, ꝛ nume. 3. ꝛ eſt onus patrimoniale.
2 Reſpublica ſi habet granum ad vendendum, omnes tenentur e-
mere, nec aliquis excuſatur, licet ei neceſſarium non ſit, ꝛ nume. 4.
ꝛ eſt munus patrimoniale.
7 Ciuitas quando cogit ſubditos vendere frumentum, intelligitur
iuſto pretio.

a **Quoties.** [a] De ſecūda parte iſtius rubri.
nihil habetis in nigro, ſed de
hoc habetis in l. j. ꝛ ij. in princ. ff. de va. mu. Iſta
rubr. ſummat l. ꝛ glo. ponit tribus modis caſum.
1 ¶ Primo, quod tam diuites † quam pauperes
tenentur ſoluere collectam pro emendo granum
2 tempore cariſtie, licet diuitibus hoc non ſit neceſſarium. ¶ † Se-
cundo modo quod ſi reſpublica habet granum vel aliud ad ven-
dendum, quod omnes debent emere, nec aliquis excuſatur, licet ei
neceſſarium non ſit, ꝛ hoc etiam habet locum in ſale vrbis.
¶ Tertio dic vt in gl. Op. de l. iij. §. cura. ff. de muneribus, ꝛ ho-
noribus. Glo. ſoluit quod hic loquitur de munere patrimoniali,
ſcilicet, de cura emendi, ibi loquitur de cura perſonali, ſcilicet de
expenſa que debet fieri emendo. Hoc premiſſo quod hec lex de
patrimonialibus loquatur. Quero de qua comparatione fru-
menti loquitur hec lex. Reſpondeo quod gloſſ. intelligit tribus
3 modis. ¶ † Primo modo de pecunia que confertur pro emptio-
ne frumenti, ꝛ aliarum ſpecierum, quo caſu nota quod licet em-
ptio videatur principaliter venire in fauorem pauperum, ꝛ indi-
gentium, tamen onus eſt patrimoniale, ꝛ ſic etiam diuites com-
pelluntur. Ratio, quia ad publicam vtilitatem pertinet. Nā ſine
4 pauperibus ciuitas non eſſet perfecta. l. ij. ff. de nūdi. ¶ † Secun-
do modo loquitur hec lex de munere quo quis emere cogit. ꝛ mu
nus eſt perſonale, certe non credo qđ de tali munere loquat hic,
ſed debet intelligi quando fiſcus habet multum frumenti ita qđ
conſeruari non poteſt, tunc imponit omnibus ſubditis neceſſita-
tem emendi, ꝛ iſtud eſt patrimoniale, vt ille qui plus habet, plus e
mere cogatur. Si enim intelligeres de munere perſonali, hoc eſt
de cura emendi, multi excuſarentur, quod eſt contra iſtum titulū
5 ꝛ iſtum caſum nota, quia ſepe occurrit. † Tertio loquitur de mu
nere, quo quis vendere teneatur. Not. etiam quod iſtud onus eſt
patrimoniale, vt patet ex ſolutione cōtrarij ſ. facti, ꝛ ſic qui plus
6 de frumento colligit, plus de frumento vendere cogatur. † Vide-
tur etiam quod eccleſia ad hoc poſſit cogi, vt hic in fi. ꝛ ſ. de exac.
tribu. l. fi. ꝛ eſt munus patrimoniale non ſordidum. Iuſto tamen
7 pretio debet † quis cogi vendere, non viliori, vt l. fi. in prin. ff. ad l.
Iul. de anno. Quod dixi de eccleſia, intellige ſalua tamen deter-
minatione ſancte matris eccleſie, ꝛ ti. de eccl. ti.

ADDITIO.

a ANG. ¶ Quoties. † No. quia per iſtum tex. dixit Dyn. in l. ſi ex
toto in prin. de le. j. ſi alicui eſt conceſſa immunitas a collectis, nō
tamen cenſet conceſſa ab his que imponuntur ex aliqua neceſſita
te, puta guerre, vt probat iſte tex.

De collatione donatorum. & releuatorum, aut tranſ
latorum, ſeu adæratorum. Rub. XXVIII.

LEX VNICA.

Diſpoſitionem. Caſum pone vt in gl. no
tatur. In hac lege dicū
1 tur duo. † Primo qđ ſi aliqua p̄dia ſunt releuata, hoc
eſt libera, ꝛ eſtimum eorum eſt minutum, poſtea pōt ali
geri per ſuperiorem, vt hic facit Imperator. No. quod nō licet ali
2 cui † ſuas poſſeſſiōes releuare, hoc eſt, eſtimum minuere[a], vt hic in
a ꝟ. nulli, q intellige, niſi ex cauſa ſuperuenienti, vt l. forma. ff. de cen.

ADDITIO.

a ¶ Minuere, ſed quid ſi per alluuionem decreuit, dic quod tūc di
minui debet, vt per Bar. in l. forma. ꝛ Bal. in d. l. acceptā, in fi. C.
de vſu. ꝛ do. Alex. de Imo. in l. Titio. ad munic. ꝛ Bul. ꝛ doc. in l.
quod ſi maritus. §. j. de cōſt. pec. ꝛ Bal. in l. et. C. de execu. rei iud.

De col

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN